



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1541. usque ad annum 1546

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1770

VD18 90118510

§. 66. Quidam libri ab eadem Facultate damnati.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66615)

gant in foro conscientiae, etiam omni ex-
cluso scandalo.

Sæcul. XVI.
A.C. 1542.

XXVI. In eodem conscientiae foro vota obligant, etiam si sint perpetuae continentiae, vel monastica.

XXVII. Ceterum omnibus perspicuum sit, nonnullas sanctas & laudabiles consuetudines in Ecclesia observandas esse a Concionatoribus in suis concionibus, quarum una est, qua imploratur gratia Spiritus sancti per intercessionem Beatissimæ Virginis Mariæ.

XXVIII. Altera, qua antiquorum Patrum more, non sine honoris præfatione nominandi, ubi locus occurrit, veniunt imprimis Dominus noster Iesus Christus, non autem, ut nonnulli hujus temporis Neo-Christiani vulgo dicere solent Christus, quod Christiane magis & pie dicere debent Iesus Christus. Absit, quod dicant passim Paulus, Petrus, Jacobus, Hieronymus, Augustinus &c. quibus honoris præfatio præponenda est, verbi gratia, sanctus Petrus &c. sanctus Paulus &c. &c.

XXIX. Tertia, qua defunctorum animæ populi precibus salubriter commendantur.

§. LXVI.

Quidam libri ab eadem Facultate damnati.

Eodem hoc anno die decima nona De-
cembris itidem Facultas Theologi-
ca

Argentore l.v.
t.1. app p.12.

H 5

ca

Sæcul. XVI
A. C. 1542. ca apud S. Mathurinum congregata quosdam libros partim Latinos, partim Gallicos, cum ad eam essent delati, damnavit. Hos inter præprimis erant duo, quorum prior ita inscribatur: *Summa totius Scripturæ sacræ tam veteris, quam novi Testamenti*: alteri hic præfigebatur titulus: *Decem Dei Verba, seu Præcepta*, in quo tamen libro nulla facta erat mentio de Sacramentis, & de præceptis Ecclesiæ, unde ea, quæ ibi dicuntur, nullatenus consona erant verbis hisce in fine appositis: *Si vis ad vitam ingredi, serva mandata*. Quapropter censuit Facultas, quod præfati libri hominum simplicium animos inducant ad varios errores, maxime vero ad magnum Ecclesiasticæ potestatis, istiusque præceptorum contemptum, atque ideo illi sint supprimendi. Præter hunc librum Gallice redditum *de decem Dei Verbis*, cuius supra meminimus, etiam Facultas alium libellum ex Latino in Gallicum idioma versum damnavit, cui titulus: *Hic succincte continentur ea omnia, quæ sacræ Literæ nos docent*. Omnes igitur hosce libros divulgari prohibuit Facultas.

§. LXVII.

*Epistola Facultatis ad Abbatissam
Fontis Ebraldi.*

Die